réquiem tuam : * quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte : * óculos meos a lácrimis, pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.



Ant. INCLINAVIT Dóminus aurem su-am mihi.

Ant. viij. toni.



CREDI-DI. Ps. 115. propter quod locútus sum : *



e-go autem humi-li- átus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo :* Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino,* pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam : * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : * tibi sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus : * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.



Ant. CREDI-DI, propter quod locútus sum.

Ant. iij. toni.



LAUDATE. Ps. 116. Dóminum omnes gentes : *